



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

II. Vt episcopus per dioecesim ambulans, duos solidos tantum accipiat, neque tertiam partem de oblationibus quaerat: & clerici non agantur more seruili.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

& hoc modis omnibus præcipere, vt sicut antiqui  
 Canones iubent, ante viginti dies baptismi, ad pur-  
 gationem exorcismi catechumeni currant: in qui-  
 bus viginti diebus omnino catechumeni symbo-  
 lum, quod est, Credo in Deum Patrem omnipo-  
 tentem, specialiter doceantur. Postquam ergo in  
 his suos clericos discusserint, vel docuerint episco-  
 pi, alia die, conuocata plebe ipsius ecclesiæ, do-  
 ceant illos, vt errores fugiant idolorum, vel diuer-  
 sa crimina ( id est ) homicidium, adulterium, per-  
 iurium, falsum testimonium, & reliqua peccata  
 mortifera; aut quod nolunt sibi fieri, non faciant  
 alteri: & vt credant resurrectionem omnium ho-  
 minum, & diem iudicii; in quo vnusquisque se-  
 cundum sua opera recepturus est. Et sic postea  
 episcopus de ecclesia illa proficiscatur ad aliam.

## II.

Placuit, vt nullus episcoporum, cum \* per dice-  
 ceses suas ambulat, præter honorem cathedræ  
 suæ, id est, duos solidos, aliquid aliud per eccle-  
 sias tollat: neque tertiam partem ex quacumque  
 oblatione populi in ecclesiis parochialibus \* re-  
 quirat; sed illa tertia pars pro luminariis ecclesiæ,  
 vel recuperatione seruetur, & singulis annis epi-  
 scopo inde ratio fiat. Nam si tertiam partem il-  
 lam episcopus tollat, s lumen \* & sacra abstulit ec-  
 clesiæ. Similiter & vt parochiales clerici, serui-  
 more in aliquibus operibus, episcopis seruire non  
 cogantur; quia scriptum est: *Neque vt domina-  
 tes in \* clero.*

1. Pet. 5.

\* clerici